SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal
San Gemini Preservation Studies
e Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

Pasquinangeles syndicus protestatus fuit ne quis audeat consulere et arrengare contra universitatem

Integer vir ... Darius Moricottus unus ex consiliariis ibi assistentibus ascendens cathedram ubi consulitur divino in vocato numine sic sup primo proposito salubriter consulendo dixit ... Priores cum consensu D. S. I. habeant authoritatem eligendi quatuor custodes, et dantes damnum ipsi custodes, semper incurrant in penam duplicatam si fuerint reperti per inquisitionem quam si fuerint accusati, cum iuramento cuiuslibet hominis. Quibus custodibus adhibeatur plena fides et similiter accusantibus dictos custodes, et ille qui leget uvas in alienis agris, pro uno botrione sive raspo solvat ... tres, et si ascenderit summam unius raspi solvat ... unum pro quolibet raspo et domino pro emenda eius damni teneatur solvere bolonenos duos pro quolibet botro, et quod nemo possit vindemiare ante licentiam dandam a M. D. S. I. et Dominis prioribus, et cuique liceat portare duos botros uve, si iuraverit se collegisse dictam uvam in sua vinea, et quod portaverit plures duorum botrionum incurrat in supradictam penam. et similiter si fuerit reperta uva in domo alicuius qui non habeat uvam in suo agro, incurrat in penam duorum scutorum et si non solverit, intra tempus duorum dierum, affigatur ... sive catene per tres dies

Cuius dictum missum ad sollemne et salubre partitum de mandato D. S. I. et Dominorum Priorum cum appendice Pasquinangeli, datis et recollectis pallottis ... et numeratis per me Cancellarium victum fuit per pallottas viginti repertas in bussulo albo de sic non obstantibus 3 repertis in bussulo rubeo del no.

Archivio Storico
Comune di San Gemini (TR)
Reg. C. 38, c. 186 v.

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di San Gemini, TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di San Gemini, TR